



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesv Christi Homeliae quinquaginta sex, Theoremata  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.  
Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIII**

De Christi damnatione, Theo. XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

Leuit. 14.

gem debet mori, quia filium se Dei fecit: hoc est, nominauit atque iactauit. Blasphemi etsi lapidandi erant secundum legem vestram o Iudæi, quid vos cum uenitis Pilatum, postulantes Iesum crucifigi? ubi scriptum est, blasphemum crucifigendum? Verum absit ut, quomodo mentimini, Christum dicimus blasphemum: aut quomodo vos dicitis, credamus Christum Dei se filium temerè nominasse: sed credimus eum verum Deum ac Dei filium esse. Pilatum audito Iudæorum sermone, magis timebat quod tam crudeliter tractasset Iesum. Atque idem ingressus, interrogat Iesum unde sit, discere cupiens filium ne sit Dei. At Iesus nulla data responsione, tacuit. Quod Pilato quum displiceret, *Mibi, inquit, non loqueris? tam maximè opus tibi foret gratia mea. An ne scis quia potestatem habeo crucifigendi te, & potestatem dimittendi te? Non habeo,* inquit Iesus, *potestatem super me ullam, nisi fuerit tibi datum desuper. Propterea me tradidit tibi, maius peccatum habet. Habes tu quoque peccatum, sed non tam grande, quàm illi qui me tradiderunt tibi. Inde motus est Pilatus, audiens à peccato non excusari, ut timeret damnare innocentem. Quamobrem querebat dimittere eum. At Iudæi hoc videntes, ad minas se conuertunt, Si non inquit, dimittis, non es amicus Cesaris. Quicumque enim regem se facit, quomodo fecit ille, contradicit Cesaris: & qui hoc punire debuerat, quomodo tu debet, & dissimulans non curat, perspicuum est, ipsum Cesaris non esse amicum. Hos sermones audiens Pilatus, & Imperatorem timens, sedit pro tribuni ad iudicandum.*

Ioan. 19.

## Precatio contra inuidiam.

**M**isericordissime Iesu, qui factus es propter nos opprobrium & abiectio publici qui exorsus atque vita indignus estimaris, fac nos (quæsumus) ab omni inuidia liberos, & ad fraternæ dilectionis officia & compassionis opera, toto corde deuotos, qui es benedictus in secula, Amen.

DE CHRISTI DAMNATIONE.  
Theorema XXI.

## ARGUMENTVM.

**Q**ui vilissimos nos homunciones tanti æstimauit, vobismetipsum in dolores maximos, & in acerbissimam ignominiosissimamque mortem pro nobis tradentis huius mors, ceu nunquam vindicanda, adeo nihil æstimatur, ut ij qui eius mortis erant rei, quasi à Deo propterea benedictionem meruissent & remunerationem, etiam exultent.

IESVS QUANTI VILITATEM HUMANÆ  
Gentis æstimauerit. Concio XXI.

**I**n huius argumenti prima parte aduertere licet, vilitas nostra à Christo quanti æstimetur, pro qua redimenda, licet nihil sibi profutura, (arrogantissimum solus huius est causa commercij) non aurum neque argentum, sed